In Dei nomine et eius gratia Amen. Noverint omnes quod ego [illegible] Antonina domicella filia honorabilis Michaelis Suries possessionis
de tagamanent parrochie de Muntanyis [illegible] gratis et ex mea certa scientia de consensu et voluntate domine Joanne matris
mee honorabilis Juliani [illegible] avunculi mei [illegible] Suries patrui mei Michaelis Suries fratris mei et multorum aliorum pare
ntum et amicorum meorum colloco me ipsam in matrimonium et legalem uxorem per verba de presenti vobiscum Petro Robat
adolescentulo presenti filio honorabilis Andree Robat et domine Catherine uxoris sue parrochie de Algueda Et pro sustinendis
oneribus predicti mei matrimonii constituo vobis in dotem et nomine dotis mee [illegible] [illegible] tempore nuptiarum
[illegible] quinquaginta libras monete [illegible] Centum quinquaginta libras monete maioris quas mihi legavit dictus pater
meus et constat cum suo ultimo testamento in posse dicti Juliani Oliver notarii et eius maiorum sub data anno in illo conten
to et quinquaginta libras quas dictus Michael Suries mihi donavit frater meus Et Centum quinquaginta libras quas dicta
mater mea mihi dedit de quibus constat in posse notarii infrascripti mediantibus suis donationibus die presenti firmatis quas
dum ambo insimul erimus coniuges et inter nos constabit matrimonium habeamus teneamus possideamus et expletemus cun
ctis diebus vite mee prout decet inter virum et uxorem Et ego dicta Antonina cum viro et sine viro cum infantibus et sine
habeam et possideam totam predictam dotem meam in separatione dicti huiusmodi matrimonii per mortem vel alias ad meas
omnimodas voluntates inde libere faciendas Ad hec autem ego dictus Petrus Robat his omnibus presens et omnia
predicta laudans et acceptans accepto vos dictam Antoninam in uxorem meam legitimam et me etcorpus meum vobis do et
trado in virum vestrum legitimum per dicta verba et confiteor et in veritate recognosco habuisse et recepisse dictam dotem
vestram in modum per vos dictam Antoninam sponsam meam superius dictum et parratum Unde Renuntio exceptio
ni dicte pecunie [illegible] non numerate non habite et in modum predictum non recepte [illegible]
ti gratis ex mea certa scientia propter vestram virginitatem et approbatam consuetudinem maiorum facio vobis augme
ntum sive propter nuptias donationem de octuaginta septem libris decem solidis monete maioris que equivalent quarte
parti dicte dotis vestre Et sic sunt inter dotem et augmentum quatuorcentum viginta septem libre decem solidi monete predic
te quam quidem dotem et augmentum dum ambo insimul erimus coniuges et inter nos constabit huiusmodi matrimonium ha
beamus teneamus possideamus et expletemus cunctis diebus vite mee prout decet virum et uxorem et in separatione predicti
nostri matrimonii per mortem vel alias vos dicta uxor mea cum viro et sine viro cum infantibus et sine habeatis et possideatis
totam predictam dotem vestram Augmentum vero possideatis toto tempore vite vestre Et post vestrum obitum revertatur in
fanti vel infantibus de me inter nos procreandis si fuerint Si autem quod tamen deus avertat revertatur mihi vel meis
seu filiis vel filie eius vel quibus ego voluero vel mandavero vestro testamento vel ex [illegible] Preterea insequendo
eundem usum et consuetudinem maiorum accollego vos in medietate pannorum camere nostre quam habuerimus tempore
solutionis dicti matrimonii [illegible] lane lini seu cotoni [illegible] liberis voluntatibus inde libere faciendis
Pro quibus quidem dote augmento et parte camere salvis et securis sine habendis vobis [illegible] seu filiis vel filie eius
vel quibus sit ea fuerit [illegible] in omni casu vel eventu restituende dotis obligo vobis et vestris omnia et singula bona mea
mobilia et immobilia presentia et futura Actum est hoc in villa de Muntanyis die prima mensis aprilis Anno a nativitate
domini millesimo quingentesimo septuagesimo nono Sig+++num Petri Robat et Antonine conniubentium
predictorum qui hec laudamus concedimus et firmamus

Testes huius rei sunt venerabilis Joannes Natalis presbyter et Raphael [illegible] alias [illegible]
omnes dicte parrochie de Muntanyis In quorum presentia omnes firmarunt

Sig+num [illegible] auctoritate Regia notarii publici [illegible] qui presens
instrumentum [illegible] publicum [illegible] scribi feci [illegible]
[illegible]

1579

PERG.
31